Hambg StUB. theol. 1727 4°. p. 9

disputantib; Quid sibi uult hoc quod in gene
si scriptum est. omnis qui occiderit cain.
septem uindictas exsoluit. Si omnia fecit deus
ualde bona. quare ad noe de mundis et inmundis ani
malib; mandat. cum inmundum nihil bonum
esse possit. Et in nouo testamento. post ui
sionem que petro fuerat ostensa dicenti. Absit
domine quia commune et inmundum. numquam
introiuit in os meum. Vox de celo respondit. quod
deus mundauit. tu ne commune dixeris. Cur deus loqui
tur ad abraham quod quarta progenie filii israhel
de egipto essent reuersuri. et postea moyses scrip
sit. quinta autem progenie exierunt filii israhel de
terra egypti. quod utique nisi exponatur. uidetur
esse contrarium. Cur abraham signum circumcisi
onis suscepit. Cur isaac iustus deoque carus. non
illi cui uoluit. sed cui noluit. deceptus errore bene
dixit. Vale karissime frater. Hunc quibus
ausibus quantisue laboribus. solus omnium roma
norum hieronimus. hebraicam linguam litterasque.
immo chaldaicam linguam didicerit. sicut ipse perhi
buit. sub nectendum est. Dum esse inquit iuuenis.
et solitudine me deserta uallarent. incentiua ui
ciorum. ardoremque nature ferre non poteram.
Que cum crebris ieiuniis frangerem. mens tamen cogi
tacionibus aestuabat. Ad que edomandum cuidam

totus integer uirgo ꝑmansit. nullū umquā
mulieris sciens carnalē concubitū peccati inqui
namentum. sed iugiter intemplo dī uacans orati
oni simul cū paulo discipulo meo. qui modo
uocatus est apostolus dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i; Iuxta
illū positi sunt de quibus supra locutus sum.
cū quibus & ego taceo; Post quā his uerbis supra
memoratus uir dī locutus est. ego miserrimus inter
rogaui eum. Dn̄e ubi uł inquo loco uos inueni
emus? Et dixit mihi. Inpossessione mea inueni
es nos que nunc sẏra lingua dicitur delagabria.
siue debathalia. quod latine interp̄tatur posses
sio uirorū dī siue bellatorum. Ego uero post
hanc uisionē surrexi. & p̄stratus inoratione im
ploraui dn̄i misc̄diam & dixi. Dn̄e ih̄u xp̄e
si hęc reuelatio siue uisio exuoluntate tua est.
p̄sta iterū & tercio manifestetur mihi. ut cō
fisus demultitudine miserationū tuarū fiduci
aliter adnuntiē reuelationē scōrum seruoꝝ tuoꝝ.
Exilla uero die cępi ieiunare & abomnibus aescis
me abstinere. & p̄ter panē & sal non sumebā. & a
quā bibebā sicut indiebus quadragesimę solem̄
exhac aesca uel hoc poculo refici. Insequenti igit̄
sexta feria. iterū uenit adme scs gamalihel in
ipso habitu sicut prius uenerat. & ineadē nocte
adhuc pusillū sopori dedito dicens mihi. Quare

Hamb. StUB. Hcl. 1727 4°